



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Stella Mystica

Bonald, François

Coloniae, 1607

Anima confirmatur in his quae conceperat: moneturque vt ad B. virginis
Mariae opem implorandam confugiat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10014

Anima confirmatur in his que conceperat: moneturque ut ad Beatissimam Virginis Mariæ opem implorandam confugiat.

O Fidelis anima, iustissima tibi subest ratio præsentis vitæ pericula formidandi. maiora namque sunt, quàm vt ea vel intelligentia comprehendi, vel verbis explicari possint. Nec etiam arguenda es, quod mortem exhorrescas, cum illa certissima & ineuitabilis sit. Vt enim D. Gregorius ait, vita nostra nauiganti similis est: is namque qui nauigat, stat, sedet, iacet, vadit, quâ impulsu naus ducitur: ita & nos sumus, qui siue vigilantes, siue dormientes, siue tacentes, siue loquentes, siue ambulantes, siue volentes, siue nolentes, per momenta temporum quotidie ad finem tendimus.

*B. Grego. in
Regist. lib.
6. Ep. 26.*

Simile.

*Ad mortē
continuo
propera-
mus.*

In hac sancti huius Ecclesiæ
Doctoris similitudine licet re-
perire aliquam dissimilitudi-
nem, quæ non parum nostram
sententiam confirmet: nimi-
rum quod ille qui nauigat quo-
tiescunque placet ancoras iace-
re, nauigijque sui cursum inhi-
bere possit: at homo in hoc
mundo vitam degens, nulla ra-
tione, ne minimo quidem tem-
poris interuallo vitæ suæ cur-
sum firmare, atque quo minus
ad finem tendat, impedire va-
let.

*Hominum
cæcitas.*

Simile.

Quod vtinam miseri mortua-
les attenderent, ac secū diligen-
ter cogitarent. Sed heu! multo-
rum cæcitas & mentis obscura-
tio tanta est, vt omnia penè cō-
traria sibi persuadeant. Quem-
admodum enim ij, qui nauigio
aliquo per aquas deuehuntur,
cum in littora circumiacentia,
arbo

arboresque illic consitas oculos
 coniiciunt, illas moueri, severò
 immobiles manere censent: nò
 aliter cæci illi ac infelices tem-
 poralia hæc tantum præterlabi
 ac interire. severò stables & cõ-
 stâtes persistere persuasum ha-
 bent. Quem errorem sacrę litte-
 rę nò vno in loco luculētis ver-
 bis condemnant: vtpote, cùm
 inquit: *Generatio præterit, & ge- Eccles. 1.*
neratio aduenit: terra autem in æter-
num stat. Et quamuis diuini libri
 filerent, nec hunc errorem ma-
 nifestè coarguerent, ipsa nihil-
 ominus quotidiana experiētia
 reclamaret. Enimuerò cerni-
 mus quotidiè mirâ in hoc mun-
 dorum vicissitudinē. hodie-
 na luce hunc, crastina verò aliū
 possessionum hæredem ac do-
 minum esse; nomen quidem &
 habitatorem mutare, locum
 verò ac sedem minimè.

Non potest itaque non magnopere mihi probari conatus tuus, ô Fidelis Anima, quod tali errore me liberare satagas, omnesque vias ac rationes peruestiges, quo navigationem tuam securam efficias, atque illam cōtra omnia pericula, atque discrimina, tibi in hoc mari impendētia tuearis ac munias. Ad quod assequendum quamuis plurimę vię sint, nulla tamen (si consiliū meum requiris) vel ad securitatem tutior, vel ad salutē certior est, quam vt eorum qui vasta oceanī mariā nauigaturi sunt solertiam imiteris. hi geminorū exortū prestolantur, propterea quod suo exortu tēpestates fugare, ac serenitatis nuncię esse credantur. Stellam etiam polarem in nauigationis cursu sæpe respiciunt, eamque pro duce sequuntur.

*Via tutissima
in presentis
vitę pericula
euidendi que
nam sit.*

Sidus hoc est, Beatissima *M A R I A*
 Virgo *M A R I A*, quæ tentati- *stella est, et*
 onum æstus & tempestates fo- *dux fidissi-*
 pit ac dissipat. Eadem est stella *ma homini-*
 polaris, quæ animarum mare *bus in mun-*
 huius mundi trajicientium *do degenti-*
 cymbas gubernat, easque tutò *bus.*
 ad æternæ salutis portum per-
 ducit. Hanc igitur aspice, hanc
 fidissimam ac securissimam du-
 cem sequere. Consilium hoc
 non meum est, sed Spiritus san-
 cti, per sancti ac melliflui Do-
 ctoris Bernardi organum pro- *S. Bern. ser.*
 latum, qui sic ait: O quisquis *2. super*
 te intelligis in huius sæculi pro- *Missus.*
 fluio, magis inter procellas &
 tempestates fluctuare, quàm
 per terram ambulare, ne a-
 uertas oculos à fulgore hu-
 ius sideris, si non vis obrui
 procellis. Si insurgunt venti
 tentationum, si incurris scopu-
 los tribulationum: respice
 stel-

S T E L L A

stellam, voca M A R I A M. Si iactaris superbię vndis, si ambitionis, si detractionis, si æmulationis, respice stellā, voca M A R I A M. Si iracundia, aut auaritia, aut carnis illecebra nauiculā cōcussit mentis, respice ad M A R I A M. Si criminum immanitate turbatus, conscientię fœditate cōfusus, iudicij horrore perterritus, barathro incipias absorberi tristitię, desperationis abyssu, M A R I A M cogita. In periculis, in angustiis, in rebus dubiis M A R I A M cogita, M A R I A M inuoca: non recedat ab ore, non recedat à corde, & vt impetres orationis eius suffragium, non deseras cōuersionis exemplum. Ipsam sequens non deuias; ipsam rogās, non desperas; ipsam cogitās, nō erras. Ipsa tenente, nō corruis, ipsa protegente, nō metuis: ipsa
 duce.

duce, non fatigaris: ipsa propi-
 tia, peruenis: & sic in temetipso
 experiris, quod merito dictum
 sit: *Et nomen virginis MARIA.* Ha-
 ctenus sanctus Bernardus. Cu-
 ius tu consilium amplectere, o-
 culos crebrò ad hanc stellam e-
 rige. Ave illi dic, & pio affectu
 hymnum illum, quem olim
 quidam in eadem necessitate
 constitutus, cecinit, decãta. Dic
 ergo:

Aue Maris stella
 DEI Mater alma
 Atque semper virgo
 Foelix coeli porta.

MEDITATIO.

*Anima laudat DEVM, atque beatif-
 sime virginis Mariæ prerogativas
 enumerat & admiratur.*

DA vs & benedictio ti-
 bi sit, ô Pater luminũ
 & Deus totius conso-
 latio.